

DIVINUM. UMBRACULUM.

MEMBRO. QVONDAM. LECTISSIMO.
VIRO. CLARISS.

DN. M. MICHAELI.
SCHIRMERO,

GYMNASII. PATRII. QVOD. FRI-
BERGÆ. HERMUNDURORUM. EST. CON-
RECTORI. DEXTERRIMO.

THALAMUM. CONJUGIALEM.
CUM. VIRGINE.

TUM. GENERE. TUM. FORMA. VIRTUTIBUS Q;
CONSPICABILI.

A N N A. M A G D A L E N A.
V I R I.

NOBILISS. AMPLISS. ET. EXPERIENTISSIMI.

DN. JOHANN. CASPARIS HORNII.
PHILOS. ET. MED. DOCT. REIPUB. FRIBER-
GENSIS. PHTSICI. ORDINARIII. PRIMARIII.
ET. PRACTICI. UT. FELICISS. ITA. CELEBERRIMI.

F I L I A.

D. XXVI. NOVEMB. A. MESSIAN. M. DC. LXI.
I N E U N T I.

L. M. Q. P R E C A T V R.

SUB. UMBRIS. TILIARUM.

COLLEGIUM. CONCIONATORIUM.

M A J U S.

L I P S I Æ
TYPIS. VIDUÆ. HENNINGI. COLERI.

Audent opacis Virgines novem umbrâclis,
Et rupe fontis pendulâ Medusæi;
Non turbulentæ pulvis has juvat pompæ,
Vitæve semper fluctuantis Euripi,
Nec sub patronis longa bella clamoris,
Aulævé fulgor dulciter venenatus
Arridet illis: litigantium quippe
Omni solutæ jurgio, otium captant
Prædulce in umbris arborum comatarum,
Quas blandulo auræ permeant susurratu,
Puræq; lapsu vitreo alluunt undæ.
Eadem voluptas fascinat tuam, ô Noster
SCHIRMERE, mentem. Scilicet sub umbroso
Te rupis antro Thespiæ imbuit Clio,
Succisq; totum implevit Hippocrenéis.
Umbræ inde, Musis Delioq; quas priscus
Sacravit Ordo, sunt tibi usq; anhelatæ.
Umbrâcla verò cultiùs frequentata
Fuere semper, Plissa quæ vado lambit
Viciniore. Nec negare Phœbeam
Quibat corollam, qui biverticis sacra
Delubra Pindi, & laureum nemus frenat.
Laudes adhucdum sibilant tuas molles
Heliconis umbræ, fonsq; Pegasi grato

Cadens

Cadens cachinno. Noster & SION,] *cujus*
 Qvondam recessûs entheos pererrabas,
 Nunqvam filebit strenuos tuos ausûs.
 Erramus? umbris destinatus an fato es?
 Relinqvere umbras Lipsici jubebare
 Xyfti, ut subires inde patrii umbrosos
 Flexûs Minervi, cereamq; formares
 Manu magistrâ in literis juventutem.
 Sic est. Agenda umbratica est tibi vita,
 Auriga Fati qvando ita ordinat summus.
 Frustrâ repugnas, auspicante si Cœlo
 Qvassatur urna. Ast plurimus licet sudor
 Exspumet illi, qvi scholasticas intrâ
 Crates laborat, non deest laboranti.
 Tamen levamen, qvod laboris aufterum
 Fel saccharato rore mellis edulcat.
 Atq; en! Tibi offert nobile allevamentum,
SCHIRMERE, Rerum magnus omnium Rector.
 Bellam puellam nempe, qvæ fatigatum
 Curisq; lapsans erigat dein pectus.
 Sic, sic licebit qværerè umbrulas longæ
 Qvieti amicas, qvicqvîd & diurnorum
 Haustum est laborum gymnîcis in umbrâclis,
 Obliviosæ tradere inter amplexûs

Nexusq;



Nexusq; nocti. Nec minùs licet blandam
Sperare prolem, quæ nigras valet mentis
Difflare nubes, frontis & serenare
Vultùs paternæ. Vita sic Tibi dulcis
Ducetur intra umbratiles scholæ anfractùs.
Dumq; ipsa secum Sponsa Cornu Amalthæum
Adfert, Egestas exulabit hinc omnis,
Eritq; segrex grex tremendus Angorum.
At Alma semper Faustitas obumbrabit
Lectum jugalem, Faustitatis & complex
Hygea vernans. Subfilit SION NOSTER,
VOBISQ; COELI PERPES OPTAT UMBRACLUM.



DIVINUM. UMBRACULUM.
MEMBRO. QVONDAM. LECTISSIMO.
VIRO. CLARISS.

DN. M. MICHAELI.

SCHIR

GYMNASII. PA

BERGÆ. HERMUND

RECTORI. D

THALAMUM.

CUM.

TUM. GENERE. TUM.

CONSI

ANNA. MA

V

NOBILISS. AMPLISS

DN. JOHANN. C.

PHILOS. ET. MED. D

GENSIS. PHTSICI.

ET. PRACTICI. UT. FEI

F

D. XXVI. NOVEMB.

IN

L. M. Q. P

SUB. UMBR

COLLEGIUM. C

M

L I
TYPIS. VIDUÆ

